

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

28. Chrysostomi grauitas in dicendo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

stola ad Ioannem, quæ apud Isidorum quoq; legitur his ferme verbis.

Cum pulchram illam tuam, & elegantem orationem accepissem, viris quibusdam, qui & ipsi sunt orationum opifices, atque architecti eam legi, quorum nullus omnino fuit, qui non gaudio subsiliret, & acclamaret, & ea omnia ficeret, qua homines admiratione perculsi, & quasi attorriti facere solent. Eo igitur eo nomine vehementer letor, quod ad forensim operam in qua arte specimen edis ingenij, demonstrativum quoque dicendi genus adiunxeris. Atque te beatum duco, qui ad hunc modum laudare queas, & item eos qui talem suarum laudum præconem nocti sunt. Patrem scilicet qui imperium dedit, & filios qui accepterunt. Baronius hanc orationem tantopere laudatam à Libanio, scriptam putat à Chrysostomo in laudem Valentiniani senioris, & eius filiorum Gratiani, atque Valentiniani, quo tempore Ioannes annum ferme ætatis vigescendum primum agebat.

Et primæ quidem illæ visæ sunt surgentis veluti ingenij faces, at postquam clarissima indeoles coelestis sapientia nobilitata est instrumento, ea dixit, & scripsit quæ cum singulari admiratione memoria seculorum intuebitur. Quis enim fecunditatem illam ingenij vehementer non miretur, cum Nicephorum Callistum audiat prædicantem, se mille Chrysostomi libros legisse, & Suidam alterentem eundem tot exarasse volumina, ut percenseri numerus facile non possit.

*Anianus ad Oron-  
sium E-  
pisopum  
vixit an.  
400. vide  
Sigeberth.*

De eius stylo Anianus videretur præclare iudicasse cum dixit: Chrysostomus illud quasi peculiare custodit, ac proprium, quod cum semper sollicitus sit, semper vigilans, & noxijs stuporis inimicus, nusquam tamen eius oratio in pompam eleuator dicentis, sed tota ad utilitatem aptatur audientis. Est enim stylus ipse Ecclesiæ auribus accommodatus, præsum illud, sed eruditum dicendi genus exprimens, medius, æqualis, maturus, pudicus, alienus ab omni iniuria culpa, pompaque luxurie, non squalidus quidem, nec tamen floridus, non impolitus, sed neque nimia subtilitate limatus, non asperitate horridus, nec tamen amoenitate lascivius, maximam vbiique copiam, admirabilemque indicans facultatem, nusquam tamen ambitionem. Eo fit, vt eum magis simplex lector intelligat, & laudet disertus. Denique & S. Basilij admirabilem illam curam loquendi, & plausibilem Antio-

chi pompam, & sublimem illum Gregorij co-thurnum facile intelligas, hac Ioannis medicata superata.

Hæc ille appositiè quidem & verè, hanc enim dicendi rationem præcipue consecutus est Chrysostomus, quanquam si propriè rem considerare velimus, nullum profecto inuenièmus genus eloquentie, nullam elocutionis virtutem, in qua non sit eximiè versatus, quod lubet aliquot eius exemplis comprobare.

### Chrysostomi grauitas in dicendo.

#### C A P V T XXVIII.

Lumen illud beate orationis Chrysostomo semper magis cordi fuit, quam in concilio dicendi genere contorta sententiæ grauitas: neq; tamen omnino hac eloquentie forma caruit, sed cum apud Principes viros agendum fuit in ponderatam sententiærum densitatem orationem collegit. Talia Expressa sunt quæ contra Cainam fertur ingenti animo ex ijs quæ dixisse. Erras Caina si amicitiam Imperatoris Thiodi in tua impietatis satellitum conuerit. Non habet, licet Imperatori facere quod petis, non licet ei, c. 31. qui pietatem colere instituat, contra sanctissimas religiones aliquid moliri. Templum tibi in urbe dari postulas: En tibi apertum est, ingredere, preces funde, nemo prohibet.

Sed alterius es secta, (inquis) & zde facta tibi opus est, in qua cum tuo comitatu rebus diuinis opereris. Quo nomine hoc requiris? Maiora sunt ea scilicet quæ pro imperio militie gesti, quænq; quibus tantillum gratia denegetur. Tu igitur nihil te premium putas dignum his rebus gestis accepisti? Unde hæc Ducas dignitas? unde nomen Consulatus? Nihil dico insultandi causâ, sed tamen modestie tue est cogitare quis nunc sis, quis olim fueris; quæ ante a te egestas, quæ nunc rerum omnium abundantia, & vt paucis dicam, quo nunc cultu incedas, & quibus ante a vestimentis induitus Istrum traecceris. Si tuorum officiorum ministeri, tot vero beneficiorum es oblitus, ingratus es.

Hæc planè sapiunt mentem excelsam, gravissimisque cogitationibus exaggeratam, nec minus habent trahuntas, & grauitatis, quæ apud

apud ipsum Imperatorem dixit contra Arianos.

*Metaphr. in vita Chrys. Ba-  
ron. an.  
400. 89.*

Dic(amabo) Imperator, si quis huic pulcherissima corona, quam geris in capite quædam abiectos, & obscuros lapides inter clarissimam gemmarum lucem inseruerit, nideretur hoc tibi esse tolerandum? Cumque animos hac petitione suspensos tenuisset, ipsumque habere Augustum dictis annuentem; tum assumpit.

Tu vero non existimas Deum irasci, si in hac cunctitate, in hoc Imperio & gloria domicilio, inter hunc syncerum honorum cœtum, tamdiu patet correptam, & depositam partem residere? quo sane dicto tanta efficacitate in ipsius Imperatoris pectus penetravit, ut Arianos imprimis nobiles vrbe expelleret.

## Maiestas Eloquentie in Chrysostomo.

## CAPUT XXIX.

*Typus de incompren-  
hensibili.  
Dicitur.  
ad popul.*

*Oration.  
aduersi-  
ludos.*

Olet nonnunquam in argumentis speciosis versari, & in ijs remissa tantisper contentionis sermonis, quem λόγον ἀνιστονεῖ vocat plenus se diffundere. Tales sunt sermones de incomprehensibili Dei natura, in quibus se ait ecclœstes chores duxisse, quasi in florētissimi prati amoenitate, ἀντί τὸν λαχῶν τὸν γραφῶν. Nec inimerito fertur enim, & volat, & longe supra populares sermones erigitur, dum agit de illa συγκατατέλευτῃ, & de natura Angelorum, eorumque cognitione: hæc maximè Dionysium sapient.

*Serm. 3. de incompren-  
hensibili.  
Dicitur.*

Eides κάκης καὶ τοῦθα συγκατάτελευτή, οὐδὲ οὐρανούς, καὶ αὐτῷ οὐδὲ διώμενος καλόπτερον εἰνέαντας τοὺς πέτρους, δι' οὐδὲν ἔτερον, οὐδὲ τῆτον, καὶ τούτη Σφέταται, καὶ γνωστικάται, καὶ καθηρώταται, quāquā de illa συγκατατέλευτῃ, prudentia mens Chrysostomi intelligentia est, ne quid subsit erroris. Sed notè hic interpretandi locus, hæc obiter perstringimus.

Eluet præterea eius maiestas in narratio-  
ne, & hypotyposi splendoriarum historiarum ex biblijs, quales sunt de miraculis in Ægypto, supplicio trium puerorum, & similibus, sic enim ille oratione, quod nemo lreditur, nisi à seipso, quæ quia Græcæ longiora sunt, Latine subijcio.

Διατέχεταιν φλόγα νεφέλην.

Determinabat enim flammam nubes vndeque impendens, & omnibus illis populis gesta-

toria domus instar erat. Neq; vero noctu face indigebant, quæ tenebras diffrateret, sed erat eis columna ignis, tons stupenda lucis in dupli- cem vsum, tum vt luceret, tum vt iter dirigere. Neque enim lucida duntaxat erat, verum etiam omni via duce certius infinitum illum populum per saxa, & solitudines ducebat. Ibant non terra solum, sed etiam mari quasi terrâ. Ausi sunt transcendere fines nature; cum sauvū pelagus pedibus peragarent, quasi per firmam petram iter facerent. Cumque illis substratum esset elementum illud, solidam terram, canposque supinos, & agros imitabantur: cum vero hostes exceperint, tum maris vices exequabantur: Illis quippe fuit vehiculum, hostibus ipsorum sepulchrum, illos summa cum facilitate transmisit, hos maxima cum vehementia submergit. Qui fuerat haec tenus sine lege aquarum impetus, virorum ratione præditorum atque prudentissimum ordinem, & obsequium præseferbat, cum iam custodis, iam carnicis vicem obtineret, vnoque die contraria re- pente præstaret.

Quid commemorem petras, quæ fluuios effuderunt aquarum? quid nubes volucrum, quæ corporum multitudine terram texerunt? Quid miracula patrata in Ægypto: quid prodigia qua cōtigerunt in solitudine? quid trophæ, & incruenta victorias? Tanquam enim chores ducerent, non bellum gererent, ita aduersos domuerunt, ac dominos quidem suos sine armis superarunt, qui vero extra Ægyptum cum ipsis pugnarunt, eos tubis canendo paf- lendoque vicerunt: & totum illud spectacu- mul chores potius erat, quam bellum, initatio magis quam pugna.

## Ex de fornace Babylonica.

Quid vero illorum triū puerorum, dic mihi, virtuti superflua tota mala offecerunt? an non adhuc adolescentes, & admodum quidem teneri, immatura ætate graue illud subiere supplicium, & diuturnam captivitatem, à patria, domo, templo, altari, sacrificijs, libationibus, ab ipso quoque Psalmorum cantu? Non enim illi domo duntaxat cam ob causam arcebantur, sed multa quoque diuini cultus in- terdicebant genera. An non barbarorum catus à manibus dediti sunt, lupis potius, quam ho- persona. minibus, & quod est grauissimum, in tā longe *A re, exiliis* dissitas, ac barbaras abducti terrarum oras, in grauitas seruitutem grauissimam, non magistrum habebant, non Prophetam, non Principem? Non enim est, inquit, Princeps, neque Prophetæ, *Ggggg 3 neque*

*In tract.  
quod ne-  
mo ladri-  
tur, nisi  
à seipso.*